



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

Vigesimum Quartum Priuilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

- 9 Populus sibi prædicare potest legem condendo, quod Imperator non curabit.  
10 Populus potest renuntiare fauori suo.  
11 Mores hominum sunt diuersi.  
12 Imperator permit tis unicuique populo condere legem, dum lex sit honesta, & ne sit contra iuram reservata Principi.  
13 Ius canonicum principaliter tendit ad dirigendum homines in Deum, ut ueniant ad bonum publicum ecclesiasticum.  
14 Statutum contra editum ab inferioribus presumitur temerarium, & ambitiosum.  
15 Pontifex Maximus potestatem statuendi contra Canones concedere non potest.

*Vigesimum Quartum Priuilegium.*

**E**CCLÉSIA habet hoc priuilegium, licet de iure ciui-  
li, & consuetudo inueterata habeatur pro lege, 1. de  
quibus ff. de legi tamen, fin Ecclesiis si ex consuetudi-  
ne infereretur aliquid præjudicium eis, omne grau-  
men ex officio iudicis tolli debet, ut in capi. 1. de con-  
suetud. † Intelligitur de onerosa consuetudine, quæ multum  
redit, quia radicis est extirpanda, 8. distinct. capitu. mala &  
12. quæstio. capit. bonæ rei. † Nam consuetudo debet esse ra-  
tionabilis, & non contravtilitatem Ecclesiæ, de his quæ fiunt a ma-  
jori parte capitu. cum in cunctis. † Quando autem consuetu-  
do præualeat iuri, & obtineat vim legis, est quando illa non dero-  
gat iuri naturali, seu divino, ex cuius transgressione induceretur  
6 peccatum, capi. cum tanto de consuetu. † Sed quare valeat con-  
suetudo, quod secularibus personis sit indulsum, ut legem con-  
dere possint contra legem Imperatorum, † Et non ita sit indul-  
sum viris ecclesiasticis contra Canones statuere, ratio potest esse;  
8 quia † ius ciuile finaliter tendit in bonum publicum, & uti-  
litatem priuatorum. † Vnde si populus vult sibi prædicare  
10 contra legem condendo, Imperator non curabit. † Nam po-  
pulus in hoc renunciare potest fauori suo, capitulo ad apo-  
stolicam de regula. † Idem quia mores hominum sunt di-  
uersi. † Ideo permittit Imperator, ut quisque populus possit sibi  
condere legem, non tamq. Contra honestatem, nec contraria

F re-

## Tractatus

referuata Principi, sed duntaxat in eorum præiudicium, l. omnes  
populi ff. de iust. & iur. † Sed ius canonicum principaliter tendit  
ad dirigendos homines in Deum, vt veniant ad bonum publicum  
14 ecclesiasticum, † vnde statutum contra edictum ab inferiori-  
bus præsumitur temerarium, & ambitiosum, vitæ eternæ contra-  
15 rium. † Ideo Pontifex Maximus potestatem statuendi contra  
canones concedere non potest.

### S V M M A R I V M.

- 1 Episcopo cupienti cædere alleganti senectutem, & in sufficientiam, licentia de-  
negatur à Papa.
- 2 Ecclesia commissa vni sub eius nomine tutam remanet adeò, quod non est red-  
denda sub regimine incognitæ personæ.
- 3 Deuotionis uigorem, in eo in quo floret decens est inspicere.
- 4 Soluere prius militiæ cingulum, quam cædat viatori præliorum aduersitas, nō  
est faciendum.
- 5 Senectus est causa petendi cessionem, quando reddit hæminem pænitus ine-  
ptum.
- 6 Insufficientia est iusta causa ad renuntiandum.
- 7 Scientiæ deseclus non solum impedit promouendum, sed deiçit iam  
promotum.
- 8 Mutatio palij tempore iuuentutis periculi belli est periculosa, nisi euidenter ali-  
qua circonstantia aliud suadeant, nam sola conscientia non eligitur, vel pro-  
mouetur persona incognita.
- 9 Cautionis petitio quando est importuna, est repellenda.
- 10 Deuotio cæteris paribus magis est in sene, quam in iuene.
- 11 Scientiæ imperfectum potest supplere per perfectionem charitatis.
- 12 Ab inceptis non est desistendum, sed in illis perseverandum usque ad  
finem.

### Vigesimum Quintum Priuilegium.

- 1  ECCLESIA gaudet tali priuilegio, † quod Episco-  
po cupienti cædere alleganti senectutem, & insuffi-  
cientiam denegatur licentia à Papa. Ratio denegare li-  
centiæ, † Cum Ecclesia fuerit commissa eidem, & sub  
eius nomine tutam remansit, adeò quod non videba-  
tur tradenda sub regimine incognitæ personæ, † eo maximæ  
qui